

Dela Libraria del Coll. R. Cela  
Comp. de Ihs. de Salamanca  
ex dono Anthonii.

R. P. ANDREÆ

M E N D O  
BVLLÆ SANCTÆ  
CRVCIATÆ  
ELVCIDATIO

Num. 50. cxx. £. num. £.  
5 - 12

1°

1860.1

R. P. ANDREÆ  
MENDO.

LVCRONENSIS, E SOC. IESV  
in Provincia Castellanâ,

REGIS CONCIONATORIS, SUPREMI SENATVS FIDEI

Censoris, olim Salmanticæ Theologicæ Scholasticæ Professoris, ac Sacrae  
Scripturæ Interpretis, ciuisque Diocesis Examinatoris Synodalis,

BULLÆ CRUCIATÆ  
ELVCIDATIO;

VBI BULLA COMMVNIS VIVORVM, LACTICINIORVM  
pro Ecclesiasticis, Compositionis, & Defunctorum: Necnon Facultates  
Commissarij Generalis Cruciatæ exponuntur.

OPVS ET CONFESSARIJS, ET IURIS PRUDENTIBVS PERUTILE,  
in quo ad omnes ferè materias Morales fundamenta, & resolutiones traduntur;

*Cum duplice Indice, altero Disputationum, & Capitum; altero Rerum.*


*Edicio altera plenius Quæbonibus, &c. Diversioribus adiuncta.*



LUGDVL.  
Sumptibus HORATII BOISSAT, & GEORGII REMEVSI.

M. D. C. LXVIII.

*Gum Approbatione, & Potestatu Superiorum.*



EMINENTISS. D. DON IACOBO  
**R O S P I L L I O S I ,**  
S. R. E. CARDINALI.

**C**VM primū (EMINENTISSIME DOMINE) hoc Opus in lucem edidi, Tibi sacraui; & cum secundo prodit in publicum, ad eundem consurgit Mæcenatem: ut qui tunc placido vultu excepit nunc soueat, deposita maiestate, benignus. Experimentum, quo didici Tuaam humanitatem, ruborem frontis expellit, ut bis reverentia signis patrocinium iterum ambiam, quod omne fausto semel obtinui. Apertiori iam fronde possum Tuis pedibus hunc Tomum adoluere, qui à secunda manu magis correctus, expolitus, & additus, votis, quibus expectatur, indulget; nec enim a prima editione ullus venalis superfuit. Exiguum fateor obsequium, sed non aliud datur parari, ut per illud respiret utrumque animus Tuis beneficiis adeò obseratus, ut se Tibi eternum proficieatur multiplici nomine deuinctum. Excipies, qua soles benevolentia, id venerationis symbolum, quod ultrò tuum sinum querit, velut doctrine, atque sapientia sacrarum, inde amare soueri, inde illustrari, inde, si quem plausum prius comparauerat, adaugeri. Annues votis, qui indole ad faveendum nat & nunquam rigido supercilie damnabis quod humilis, ac gratus tibi dicarit affectus. Nec id dumtaxat excepto, ut Opus improba fatigatione elaboratum Tuo presidio munias, sed ut qua sunt consona, probes:qua seculis, emendas. Quis enim id restius prestare valeat, quam in litterarum studiis innutritus? Gloriatur Salmania celeberrima toto orbe Academia, se Tua olim nobilitatam fuisse præsentia: & qua Tuum ingenium, eruditionem, ad præclaros in vitroque Iure progressus geminatis acclamationibus est prosecuta, nunc usque ad miraculum, & oraculum excreuisse, sibi meritò



# BULLÆ SANCTÆ CRUCIATÆ ELVCIDATIO.

DISPUTATIO I.

*De origine, conuersione, & interpretatione  
Bulla S. Cruciate.*



ROGEMIALIS hæc disputatio aliquas de Bulla in communis questiones expediet, ut illam a disputatione sequenti in speciali incipiamus exponere. De Bulla Cruciate, aut seorsim, aut inter tractatus alios, ieripserunt Sebastianus Acosta de Andrade, Finanuel Rodriguez, Ludouicus Lopez, Henricus de Villalobos, Antonius Gomez, Ludouicus à Cruce, Alfonsus de Vega, Ioannes Garnica, Antonio Diana, Ioannes Aegidius Trullinch & pauci alij, quos decurso cirabimus. In pluribus etiam Authoribus dispersa sunt multa circa Bullam, præcipue apud P. Henricum Henriquez, & P. Franciscum Suarez. In manuscriptis eam explanarunt illustres nonnulli recentiores; inter quos Basilius Legionensis i quem, ut accurata doctrina virum, & cuius opera alia typis mandata publica luce potiuntur, sèpe in questionibus referam.

## CAP V T I.

*Bulla Sanctæ Cruciate latīnum transcriptum.*

**V**T Bulla, quam exponere aggrediatur, præ oculis habecatar, possitque textus, serisque verborum perpendi, vescendo in Bull. Cruciat.

batim eam operis initio transcribere, non erit inutile. Primumque Bullam latīnam, deinde Bullas ex ea deducas, Hispano nostro idiomate confessas apponemus. Bulla quidem Latīna non ea est ad verbum, quam Pontifex aliquis, ex his, qui Cruciatam concederunt, expedierit ited ex omnibus, quas summi Pontifices indulserunt, & paulatim ampliavunt, Commissarius Generalis Cruciate, in Bulla, quam promulgari præcipit, fideliter gratias, prærogativa, & facultates extraxit; quam eamdem Bullam hic subiectam, demptis, ad molestiam, prolixitatemque vitiorum procemio, & clauilis ad institutum præiens neutiquam necessariis. Hinc, cum inferius legas clausulam, qua conceditur, bis in anno Bullam communem viutorum accipi posse; aduerte, verba im illam excerptam tuisse à priedicto Commissario ex quodam Breui particulari Gregorij XIII. ideoque in ea sunt hæc verba: concedimus, et elargimur. Præterea post alias, etiam reperies clausulam, qua Urbanus VIII. concedit Sacerdotibus secularibus præliegium vescendi cuius, & hædiciis tempore Quadragesima. Exinde etiam cernes, cur numerus pluralis concedentium statim initio Bullæ presigatur; loquunt enim Commissaries de Pontificibus, qui Bullam Cruciate expedierunt, & ampliarunt. Sic ergo ait post proœmalia verba: declamatis ex ea clausulis, que ad nostrum institutum spectant.



INCENIVM

BAR

SUPERAT VIRES